



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. L. Item de eodem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. L.

Item de eodem.

Fratres de Elbingo qui adventum istarum navium diu cum magnō tādio & defectu expectaverant, instructi de statu terrae Colmensis, naves cum suis initii remiserunt, quæ dum venirent, circa castrum Svvetzam, Svvantepolcus cum multis armigeris & X. navibus iterum invasit eos. Capitaneus vero dicti Duci fratem Fridericum de Wida qui aliis præfuit est aggressus, & maxillam ejus lancea perforavit, sed frater Fridericus ex adverso se opponens ipsum interfecit. In navis civium de Elbingo, quæ cum impetu veniens stetit immobilis super arena, occisi fuerunt duo fratres; Sed frater Fridericus superveniens alios liberavit & in suam navem locavit, sic quod duobus fratribus & III. viris & de parte adversa XX. interfectis alii evaserunt.

CAP. LI.

*De**Qvodam nobili Viro, qui receptus fuit
ad ordinem Domus Teutonicae.*

Non longe postea deficientibus victualibus in castris, Fratres cum familia sua jam penè media consumpti clamaverunt pro auxilio ad Dominum, qui pia semper gestat viscera super affictos. Unde cujusdam nobilis (a) viri de Cracovia ad religionis ingressum animum inclinavit, qui tres magnas naves vieno & medone seu mellicrato, & aliis quæ ad victum sunt necessaria replens & CCC. boves & vaccas, & alia multa jumenta præmisit ad castrum Thorun, seqvutusque cum magna reverentia

est